

**INTROIT: Psalm 36: 30,31**

Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius, (Ps 36:1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitatem. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

**COLLECT**

Deus, qui beáto Cajetáno Confessóri tuo apostólicam vivéndi formam imitari tribuísti: da nobis, ejus intercessióne et exémplo, in te semper confidére et sola coeléstia desideráre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Donatus, Bishope & Martyr)*

Deus, tuórum glória sacerdotum: præsta, quæsumus, ut sancti Martyris tui et Episcopi Donáti, cujus festa gérimus, sentiámus auxiliúm. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE: Ecclesiasticus 31: 8-11**

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in víta sua. Qui probátus est in illo, et perfectus est, erit illi glória ætérna: qui pótuít tránsgrédi, et non est tránsgréssus: fácere mala, et non fecit: ideo stabílita sunt bona illius in Dómino, et elemósynas illius enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

**GRADUAL: Psalm 91: 13,14**

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Libani multiplicátur in domo Dómini. V. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. (James 1: 12) Beátus vir, qui suffert tentatiónem. quóniam cum probátus fúerit, accipiet corónam vitæ. Allelúja.

**GOSPEL: Matthew 6: 24-33**

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duóbus dómimis servíre: aut enim unum ódio habébit, et álterum díligit: aut unum sustinébit, et álterum contémnet. Non potéstis Deo servíre, et mamónæ. Ideo dico vobis, ne sollíciti sitis ánimæ vestræ quid manducétis, neque córpori vestro quid induámini. Nonne ánima plus est quam esca: et corpus plus quam vestiméntum? Respicite volatília cæli, quóniam non serunt, neque metunt, neque cóngregant in hórrea: et Pater vester cæléstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cógitans potest adjícere ad statúram suam cúbitum unum? Et de vestiménto quid sollíciti estis? Consideráte lílla agri, quómodo crescunt: non labórant, neque nent. Dico autem vobis, quóniam nec Sálomon in omni glória sua coopértus est sicut unum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hódie est, et cras in clíbanum míttitur, Deus sic vestit: quanto magis vos módicæ fidei? Nólite ergo sollíciti esse, dicéntes: Quid manducábimus, aut quid bibémus, aut quo operiémur? Hæc enim ómnia gentes inquírun. Scit enim Pater vester, quia his ómnibus indigétis. Quærite ergo primum regnum Dei, et justítiam ejus: et hæc ómnia adjiciéntur vobis.

**OFFERTORY: PS. 88, 25**

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

**SECRET**

Præsta nobis, quæsumus, omnípotens Deus: ut nostræ humilitátis oblátio, et pro tuórum tibi grata sit honóre Sanctórum, et nos córporè páriter et mente puríficet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Donatus, Bishope & Martyr)*

Præsta, quæsumus, Dómine: ut sancti Martyris tui et Episcopi Donati intercessióne, quem ad laudem nóminis tui dicátis munéribus honorámus, piæ nobis fructus devotiónis accrésceat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION: Matt. 24, 46-47**

Beátus ille servus quem cum vénerit dóminus ejus invénerit sic faciéntem. Amen dico vobis quóniam super ómnia bona sua constítuet eum.

**POSTCOMMUNION**

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui coeléstia aliménta percépimus, intercedénte beáto Cajetáno Confessóre tuo, per hæc contra ómnia advérsa muniamur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of St. Donatus, Bishope & Martyr)*

Omnípotens et misericors Deus, qui nos sacramentórum tuórum et partícipes éfficis et ministros: præsta, quæsumus; ut, intercedénte beáto Donáto Mártire tuo atque Pontífice, ejúsdem proficiámus et fidei consórtio et dígno servítio. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. V. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.

O God, Who didst give to Blessed Cajetan, Thy confessor, the grace to imitate the apostolic way of life, grant us by his intercession and example ever to trust in Thee and to desire only heavenly things. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*(Commemoration of St. Donatus, Bishope & Martyr)*

O God, the glory of Thy priests, grant, we beseech Thee, that we may experience the assistance of Thy holy martyr and bishop, Donatus, whose festival we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Happy the man found without fault, who turns not aside after gain, nor puts his trust in money nor in treasures! Who is he, that we may praise him? For he has done wonders in his life. He has been tested by gold and come off safe, and this remains his glory forever; he could have sinned but did not, could have done evil but would not, so that his possessions are secure in the Lord, and the assembly of the Saints shall recount his alms.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Lebanon in the house of the Lord. V. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

Alleluia. Alleluia. Blessed is the man that endureth temptation: for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: No man can serve two masters; for he will hate the one and love the other, or he will sustain the one and despise the other. You cannot serve God and mammon. Therefore I say to you, be not solicitous for your life, what you shall eat, nor for your body, what you shall put on. Is not the life more than the meat, and the body more than the raiment? Behold the birds of the air; for they neither sow nor do they reap, nor gather into barns, and your heavenly Father feeds them. Are you not of much more value than they? And which of you, by taking thought, can add to his stature one cubit? And for raiment, why are you solicitous? Consider the lilies of the field, how they grow; they labor not, neither do they spin: but I say to you, that not even Solomon in all his glory was arrayed as one of these. Now if God so clothe the grass of the field, which is today, and tomorrow is cast in the oven, how much more you, O ye of little faith! Be not solicitous therefore saying: What shall we eat, or what shall we drink, or wherewith shall we be clothed? for after all these things do the heathen seek. For your Father knows that you have need of all these things. Seek ye therefore first the kingdom of God, and His justice; and all these things shall be added unto you.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that our humble offerings may be both pleasing to Thee in honor of Thy saints and may cleanse us alike in body and soul. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*(Commemoration of St. Donatus, Bishope & Martyr)*

Grant we beseech Thee, O Lord, that through the intercession of Thy holy bishop and martyr, Donatus, whom we venerate with the offerings dedicated to the praise of Thy name, the fruit of tender devotion may increase in us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find so doing. Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

We beseech Thee, O almighty God, that we, who have partaken of heavenly nourishment, may, by the intercession of blessed Cajetan, Thy confessor, be fortified by it against all adverse influences. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*(Commemoration of St. Donatus, Bishope & Martyr)*

Almighty and merciful God, Who dost make us both the partakers and the ministers of Thy sacrament, grant, we beseech Thee, that, by the intercession of blessed Donatus, Thy martyr and bishop, we may profit both by our fellowship with him in faith and by our worthy service. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.